

## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCLXXXVIII. Otto, Herr von Dänemark und Herzog von Estland und Laland,  
läßt mit Zustimmung seines Bruders, zur Mitgift für Margaretha, seine  
Schwester, dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg das Land ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](#)

DCLXXXVIII. Otto, Herr von Dänemark und Herzog von Estland und Laland, lässt mit Zustimmung seines Bruders, zur Mitgift für Margaretha, seine Schwester, dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg das Land Reval mit der Stadt Reval auf, am 6. October 1333.

In Nomine Domini Amen, Nos Otto, dux domicellus danorum, Estoniae et Lalandie  
 dux, omnibus ac singulis, ad quorum notitiam presentes litera peruerint, salutem in domino  
 sempiternam. Pertuso facio res immittitur, si gesta hominum sine scriptis foli memorie com-  
 mittuntur. Omnibus itaque presentibus et futuris christi fidelibus cupimus in perpetuum fore  
 notum et literas per presentes recognoscimus et publice profitemur, Quod cum illustris wold-  
 demari consensu, fratri nostri predilecti, ac matura deliberatione nostrorum fidelium prehabita,  
 illustri ac magnifico principi, domino Ludouico marchioni brandenburgenfi, so-  
 rorio nostro dilectissimo, ob aspectum matrimonii, quod cum nostra predilectissima sorore mar-  
 gareta contraxit, nomine dotis seu pro dote ejusdem sororis nostre assignamus atque damus  
 terram reualiensem, scilicet castrum et ciuitatem Reuale, ius presentandi episcopum et  
 quidquid iuris ad ipsum Episcopatum habemus Reualiensem, wesenberge castrum et ciuita-  
 tem, Narwe castrum et ciuitatem, in Estonia sitas, et omnes municiones, que in illa terra  
 sunt, quoconque nomine censeantur et nominentur, opidaque, allodia, villas, vicos et quoconque  
 servitia urbanorum, dextrariorum, rusticorum et curruum, que de consuetudine vel de jure  
 inibi extiterunt, existunt et existere poterunt in futurum, cum palcuis, pratis, paludibus, me-  
 ricis, nemoribus, agris cultis et incultis, aurifodinis, argentifodinis, cuprifodinis ac quibuscumque  
 metallorum aliorum fodinis, si que sunt in presenti vel que fieri poterunt in futurum,  
 cum lignis, filuis, venationibus, aquis, molendinis et aquarum decursibus, theloniis, monetis,  
 iurisdictionibus in basso et in alto et super majoribus excessibus et minoribus et emendarum  
 utilitatibus, punctionibus et tractibus marinis, redditibus, iuribus patronatus et quibuscumque  
 obuentionibus et meliorationibus prouenientibus et que prouenire poterunt in futurum ab ipsa  
 terra et a prenominatis possessionibus spectantibus ad ipsam terram, cum iuribus proprietatum  
 et possessionum optimandam, prout nostri predecessores reges dacie ejusdem regni habue-  
 runt predictam terram ac cum ipsa terra omnia et singula premissorum et prout ad ipsum  
 regnum dacie eadem terra et hujusmodi possessiones pertinebant. Adicimus quoque in am-  
 plius quod hujusmodi terra Reualiensis, castrum et civitas Reuale, jus presentandi Episco-  
 pum et quicquid juris ad ipsum Episcopatum Reualiensem habemus, Wesenberge castrum  
 et ciuitas, Narwe castrum et ciuitas et alie possessiones cum proprietatibus ipsarum ad ipsum  
 regnum dacie nullum respectum habeant deinceps, nec debeant aliquo jure nomine ipsius regni  
 repeti aut in perpetuum ad ipsum regnum deuoluhi, nisi presatus Ludouicus marchio bran-  
 denburgensis, sororius noster dilectus, aut sui heredes, aut illi, quibus ille vel illi vendi-  
 derunt, donauerunt aut permutterunt terram Reualiensem, nobis aut nostris successoribus  
 de eorum bona voluntate venderent aut aliquo modo terram dimitterent supradictam; sed  
 quod ipse Ludouicus, Marchio Brandenburgensis, sororius noster, ad suos heredes  
 legitimos successors eandem terram et omnia, que limitibus ipsius terre adscribuntur, quoconque  
 nomine deuoluere habeat et possit pleno jure, et vendere, donare aut pro sue voluntatis arbitrio per-

mutare in quemcunque usum, aut transferre in quemcunque vel ad quoscunque, cujuscunque conditionis et status fuerint, et libere et quiete possint ipse sororius noster aut sui successores legitimi, si quando ipsis videbitur expedire. Si etiam homines dicte terre cum omnibus munitionibus ad dictam terram spectantibus, ut premissum est, se cum eorum bona voluntate ad illustrem Marchionem Brandenburgensem Ludouicum, sororium nostrum dilectum, vel ad illos, cui vel quibus dictam terram dare, vendere vel permutare vellent, diuertere nolent, extunc cum omni nostra potentia, qua possumus, artare volumus, ut sibi suisque veris heredibus, cui vel quibus dictam terram dederit vel permutauerit, obedient ac omagium faciant, tanquam suo vero ac legitimo domino ut tenentur. Promittimus etiam presentibus data fide ac sincera, quod quam primum ex omnipotentis dei gratia in reges dacie uncti vel coronati fuerimus, extunc ipsis Ludouico, marchioni brandenburgensi, sororio nostro karissimo, illi vel illis, cui vel quibus dictam terram dare, vendere aut permutare decreuerit, presentes literas debemus et volumus cum omnibus suis articulis superius expressatis innouare, renouare, omni dolo excluso, cum per ipsum vel per ipsos fuerimus requisiti. Ut hec omnia et singula premissa a nobis et a nostris successoribus firmiter ac inviolabiliter obseruentur, presentes literas nostri sigilli munimine iussimus ac fecimus roborari. Testes huius sunt nobilis vir dominus Laurentius regni dacie dapifer, strenuus miles C. dictus preyn, honorabilis vir dominus gerhardus, terrarum Errie et Doslandie prepositus, nec non Syfridus de Orebür nostre curie Marschalkus, boetius dictus valke, Johann dictus becker, nostre terre lalandie aduocatus, frendo filius koruli et alii quam plures fide digni. Datum Saxonpingin, anno domini M°. CCC°. XXXIII°. quarta feria ante festum beatorum martyrum Dyonisi et lociorum eius.

Nach dem Copialbuche des Geh. Rab.-Archives I. C. 4 in quarto. Bl. 20. Fehlerhaft abgedruckt bei Gercken Cod. I, 153.

DCLXXIX. Otto, Herr von Dänemark Herzog von Estland und Laland, überweiset den Markgrafen Ludwig von Brandenburg, in Rücksicht auf dessen Vermählung mit der Prinzessin Margarethe von Dänemark, das Land Reval, am 6. October 1333.

NOs Otto, dei gratia danorum domicellus, Estonie et Lalandie dux, omnibus christi fidelibus, presentibus et futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, cupimus in perpetuum fore notum, Quod cum mero ac libero consensu Ludouici, fratris nostri predilecti, Illustri ac magnifico principi et domino, domino Ludouico, marchioni brandenburgensi sororio nostro karissimo, ob aspectum matrimonii, quod cum predilectissima sorore nostra Margareta contraxit, dimisimus et presentibus dimittimus atque resignamus terram Revaliensem, (jus) presentandi episcopum et quidquid juris ad dictum episcopatum habemus et omnes et singulas munitiones, que in illa terra sunt, cum omni iure, libertate et proprietate.